178

Scipio quam genuit paulę fuere parentes
Graccorum soboles agamenonis inclita proles.
Hoc iacet in tumulo paulam dixere priores.
Eustochiae genetrix romani prima senatus
Pauperiem xpi et bethlemitica rura se-
cuta est. IN FORIB: SPELUNCAE quae
Respicis angustum praecisa rupe sepulchrum.
Hospitium paulae est caelestia regna tenentis.
·romam
Fratrem cognatos patriamque relinquens.
Diuitias sobolem bethlemitico conditur anthro.
hic praesepe tuum xpe atque hic mystica magi
Munera portantes hominique regique deoque dedere.
DORMIUIT SCA ET BEATA
paula VII. kl feb. tertia sabbati
post solis occubitum. Sepulta est V. kl
earundem. honorio aug. VI. et arer
thenio consulibus. Uixit in sco p
posito romae annos V. Bethleem ann
XX. Omne uitae tempus impleuit
annos LVI. mensib; VIII. dieb; XXI.

# INCIPIT EPISTULA

# SCI HIERONIMI PRBI

# AD EUSTOCHIUM

DE UIRGINITATE SER

# VIRGINEM

AUDI FILIA ET UIDE ET IN
CLINA AUREM TUAM ET
OBLIUISCERE POPULUM
TUUM ET DOMUM PATRIS
TUI. ET CONCUPISCET REX DECOREM TUUM;
In quadragesimo quarto psalmo ds
ad animam loquitur humanam. ut se
cundum exemplum habrahae. exiens
de terra sua et de cognatione sua
relinquat chaldeos. qui quasi daemo
nia interpraetantur et habitet in re
gione uiuentium quam alibi propheta
suspirat dicens. Credo uidere bo
na dni in terra uiuentium;
Uerum non sufficit tibi exire de patria
tua. nisi et obliuiscaris populi et do
mum patris tui. et carne contempta
sponsi iungaris amplexibus;
Ne respexeris inquit retro. Nec steteris in tota circa regione. sed in monte
saluum te fac. ne forte conprehendaris;
Non expedit adprehenso aratro respi
cere post tergum nec de agro reuer
ti domum. Nec post xpi tunicam
ad tollendum aliud uestimentum tecta
discendere. Grande miraculum.
pater filiae cohortatur ne memineris
patris sui. Uos de patre diabolo estis
et desideria patris uestri uultis facere
dicit ad iudaeos. Et alibi; qui facit
peccatum de diabolo est. Tali primum
parente generati nigri sumus.
Et post poenitentiam necdum culmine

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BLB Badische Landes-Bibliothek
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Badische Landesbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/blb_augperg105/0357